Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quando uenerit. aduidendum In bonitate electorum tuorum;
Hoc est da nobis pastem cum apostolis. qnm nos quidem antecessimus
eos in tempore. illi uero. antecedunt nos in spiritalibus;
Hoc est ut uideamus bonitatem tuam. quam facturus es cum elec
tis tuis; Adlaetandum in letitia gentes tuae; Gens dni. nos
sumus; sed tamen gens ipsius sumus. populo inquid quinas
colit quem fecit dns, Ut laudemur cum hereditate tua;
Hoc est ut cum euangelio. et nos habeamus pastem. qui nuclerit
lege fatisumus; Abraham enim pater noster. uidit diem tuum
et gauisus est; Laudeamus ergo et nos. et gaudeamus cum heredi
tate tua; Peccauimus cum patribus nostris. filii secuti sumus
patres. hoc fecimus. quod et patres nostri fecerunt, Omnes enim
sub peccato conclusit. ut omnib; misereatur. Iniuste inquid egi
mus. Iniquitatem fecimus, Diligentur enim animaduertite quid
dicit, peccauimus cum patribus nris. iniuste egimus. iniquitatem
fecimus, Num quid dix Impie egimus, aliud est peccatorem esse
et Iniustum; Aliud. impium, peccator frequenter uincitur
In infirmitate corporis. impius autem. egit dm;
Propterea ergo qm ego non sum impius sed peccator. propterea
audeo rogare pro peccatis meis, Patres nri in egypto. non intel
lexerunt mirabilia tua, Uiderunt. et non uiderunt, Viderunt
carnalibus oculis. et spiritalibus oculis non uiderunt, Non
dixit non uiderunt. sed non intellexerunt; sicut enim illi uiderunt
mirabilia et non intellexerunt. non enim ea spiritali contempla
bantur intuitu, et non fuerunt memores multitudinis misericor
diae tuae. Qualiter eos de manibus inimicorum eripuisti; sed
et hodie quae mirabilia facis dne. cum nos ac nebris mundi eripis dig
naris inluminare, et inritauerunt ascendentes in mare rubro.
et saluauit eos propter nomen suum. ut notam faceret potenciam sua.
fastasum in isset. sed anim aduertendum est quia quod ibi fuit um
bra. in ecclesia uertitur est completa, Igitur baptismum uel crux xpi.
pereuntibus stultitia est, Inridatur ergo ab his qui eum non intel
legunt, Eruditi autem. tunc cognoscent potencia dei, Mare autem.
duas habet. Intellegentias; baptismum scilicet. et seculum increpauit mare
rubrum et exsiccatum. desiluit cor a populo di p celle sti. cu cognouerunt fontem. et duxit eos